



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

LXII. Der Papst Gregor IX. beauftragt den Bischof, Propst und Scholasticus zu Merseburg die Markgrafen von Brandenburg dahin zu bringen, daß sie die dem Bisthume Brandenburg entzogenen Zehnthebungen ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

LXII. Der Papp Gregor IX. beauftragt den Biſchof, Propſt und Scholaſticus zu Merſeburg die Markgrafen von Brandenburg dahin zu bringen, daß ſie die dem Biſthume Brandenburg entzogenen Zehnthebungen demſelben wieder abtreten, am 18. Februar 1234.

Gregorius epifcopus, fervus fervorum dei, venerabili fratri epifcopo et dilectis filiis, prepoſito et ſcholaſtico Merſburgenſi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ex parte venerabilis fratris noſtri, Brandeburgenſis epifcopi, fuit propoſitum coram nobis, quod quondam Albertus, marchio Brandeburgenſis, per procuratorem ſuum coram felicis recordationis Innocentio papa, predeceſſore noſtro, propoſuit, quod, cum pars non modica terre, ad ſuam marchiam pertinentis, per ſuos ac ſuorum progenitorum labores de paganorum manibus eruta jaceret ſterilis et inculta, ipſe ad cultum reducere eam volens conventualem eccleſiam cum duodecim canonicis et eorum prepoſito conſtruere propoſuit in eadem, que, ab omni pontificali iurisdictione prout exempta, ſoli Romano pontifici ſubjaceret, ita demum quod duabus partibus decimarum ejuſdem terre devolutis ad marchionem et heredes ipſius, qui ejuſdem eccleſie fabricam propriis exigere ſumptibus et milites, ſine quibus ab inſultu Slavorum impugnantium profeſſores nominis Chriſtiani terra ipſa tuta eſſe non poſſet, conducere tenebantur, tertia pars perſolveretur eccleſie conſtruende: et iidem nichilominus in recompensationem duarum partium decimarum pro ſingulis quinquaginta manſis unam argenti marcam ſedi apoſtolicæ ſolverent annuatim. Super quibus dictus predeceſſor noſter, volens Brandeburgenſi eccleſie precavere, quondam abbati de Sicheſem et decano Halberſtadenſi ſuis dedit litteras in mandatis, ut, inquiſita ſuper premiſſis et cognita veritate, quod invenirent, per ſuas ſibi litteras intimarent. Sed idem marchio, ut dictam eccleſiam fraudaret decimis, ſicut progenitores ſui, qui propter hoc pluries fuerunt vinculo excommunicationis aſtricti, captata predicti abbatis abſentia, qui debebat et poterat intereſſe, ac epifcopo ignorante, per ſolum decanum terram fecit inſpici memoratam, cujus proceſſus et de jure contempnitur et utrum deductus in aliquam ſolempnitatem fuerit ignoratur. Cum autem jam dicto predeceſſori noſtro tam ſuper conficta liberatione terre de manibus paganorum, cum non ſint niſi fideles in ea, quorum impugnationis occaſio non de infidelitate ſed de ſubtractione ſubjectionis ab imperio procedebat, quam de conſtructione conventualis eccleſie marchio memoratus falſo ſuggeſſerit, nec ab ipſo vel ejus filiis promiſſus census apoſtolicæ ſedi fuerit perſolutus, in quo etiam ſi ſolvi contingeret, Romana deciperetur eccleſia et Brandeburgenſis enormiter lederetur, cum terra, de qua agitur, continere dicatur medietatem Brandeburgenſis dioceſis et quinquaginta manſorum decima marcas valeat quinquaginta, propter que predictus marchio fraudulenter egiſſe preſumitur ad vendicandum ſibi predictas decimas et jus Brandeburgenſis eccleſie ſupplantandum: nos, eidem eccleſie providere volentes, diſcretionem veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, diligentius inquiſita ſuper premiſſis omnibus veritate, ſi rem inveneritis ita eſſe, nobiles viros, Johannem et Ottonem, marchiones Brandeburgenſes, ut, non obſtantibus aliquibus litteris a ſede apoſtolica impetratis, quibus hactenus non ſunt uſi, deſiſtant a vendicatione hujusmodi decimarum et illas epifcopum ac eccleſiam Brandeburgenſem, ad quam de jure pertinere noſcuntur, percipere libere ſine aliqua difficultate permittant, monere prudenter et efficaciter curetis inducere ac compellatis cenſura eccleſiaſtica, ſi videritis expedire, appellatione frivola marchionum ſuper eo, quod compoſitioni, oblate ab ipſis, epifcopus in eccleſie ſue diſpendium acquieſcere renuit, non obſtante, proviſo, ne in terram ipſorum marchionum excommunicationis vel interdicti ſententiam proferatis, niſi ſuper hoc a nobis mandatum receperitis ſpeciale. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod

si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu, frater episcopo, cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Datum Laterani, XII. Kal. Martii, pontificatus nostri anno septimo.

Nach dem Originale.

**LXIII. Paps Gregor IX. bestätigt dem Domcapitel alle Besizungen und Gerechtfame
am 27. Februar 1234.**

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Jacobo, preposito Brandeburgensis ecclesie, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum — vestris justis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam Brandeburgensem, in qua divino estis obsequio mancipati ad exemplar felicitis memorie Clementis et Celestini, predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, inprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam atque institutionem Premonstratensium fratrum in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, in urbe videlicet Brandeburch, cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam beati Godehardi in Pardwin et beati Nicolay in Lukeberch; ecclesiam sancte Marie in Harlungeberch, cum tertia parte decimarum ex adjacentibus partibus vinearum; villas etiam Buchowe, Garceliz, Bultiz, Kyk, Mufeltiz, Gorne cum decimis et omnibus appenditiis earum, cultis et incultis, silvestribus, palustribus, cunctisque utilitatibus cum duobus iacubus inter Gorne et Siloe titis; villas quoque, a marchione Ottone et filiis ejus, Ottone et Henrico, ecclesie nostre collatas, scilicet Muczowe, Tremene, Thure cum decimis et omnibus earum pertinentiis; ecclesiam in Thure cum villis ad eam pertinentibus, scilicet Izinc, Crelin, cum tertia parte decimarum et totam decimam ville Bawerstorp et quecunque ibi fuerint; centum mansos in Zucha sitos, quos predictus Otto princeps pro anima patris et matris et uxoris sue Judithe marchionisse, eorum filiis consentientibus, de patrimonio suo optulit cum omnibus pertinentiis suis; quinque modios majoris mensure salis annuatim persolvendos; villam insuper Damme dictam, a Rudulfo de Jhericho, in opus ejusdem ecclesie Ottoni marchioni resignatam et ab eo et filiis ejus cum omnibus ad eam pertinentibus ecclesie vestre oblatam; decimas etiam ejusdem ville, a Wilmaro episcopo in usus vestros concessas; molendinum quoque in Clinke; sex etiam arearum fundos in civitate Parduwin a fidelibus oblatos; ecclesiam Cechowe cum dote sua, scilicet duobus mansis, et omnibus decimis ejusdem ville et tertiam partem decimarum de villis ad eam pertinentibus; ecclesiam in Goliz cum dote sua, scilicet duobus mansis; ecclesiam in Nibede cum dote sua, scilicet duobus mansis, et tertiam partem decimarum tam harum villarum quam ville Wachowe, pertinentis in Boliz; in Wachowe duos mansos; ecclesiam Verchiezere cum dote sua, scilicet duobus mansis; totam villam Plufin, in Zucha sitam, cum omnibus pertinentiis suis et totam decimam ejusdem ville; villam Marzane cum tota decima et omnibus pertinentiis ejusdem